



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibus

De Deo Effectore Creaturarvm Omnium. In tres præcipuos Tractatus
distributa. Quorum primus De Angelis

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1621

XV. Quo progressu, & ordine supernaturales illuminationes angelorum à
Deo, vsq[ue] ad infimos angelos deriuentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84413)

antem visio non est actus distinctus ab audicione, nec est posterior illa, sed vel omnino simul, vel si id est actus ratione distinguatur, vt visio cogitationis angeli illuminantis, & vt audicio rei, de qua illuminat, prior natura est visio illa, quam audicio.

26. Probatur per modum

Vnde dico, post inditam speciem ab angelo illuminante immediatè elici actum in illuminato, quo & actum loquentis, & veritatem sibi propositam cognoscat. Post hunc verò actum posse Angelum illuminatum magis directè, & propriè concipere, & apprehendere rem iam sibi propositam per verbum alterius, vtendo propriis speciebus eiusdem rei, quas potest habere congenitas ad cognoscendam rem illam, vt possibilem, seu quoad quidditatem abstractam ab existentia. Nihilominus tamen si hæc apprehensio secunda includat iudicium veritatis sibi illuminatæ, necesse est vt apprehendatur sub habitudine ad reuelantem, quia talis veritas solum per illam reuelationem manifestata est, & quoad hoc semper retinet rationem audicionis, & quasi creditatis.

CAPVT XV.

Quo progressu, & ordine supernaturales illuminationes Angelorum, à DEO vsque ad infimos Angelos deriuentur.

1. Prima suppositio. Origo omnium illuminationum est Deus.

Tria in hoc titulo supponuntur, & multa alia queruntur. Primò enim supponitur, primum fontem, & originem omnium illuminationum angelorum esse Deum ipsum. Quod verissimum est: tum quia illuminationes sunt de his, quæ totam naturam angelicam superant, vt dictum est, & tradit D. Thomas quest. 9. de verit. art. 1. ad 2. ea verò quæ sunt supra angelicam naturam, non possunt cognosci, nisi per reuelationem, quæ à Deo incipiat, sub tali reuelatione visionem beatificam comprehendendo. Tum etiam, quia principalis auctor talium illuminationum est Deus, reliqui verò omnes sunt ministri, ac propter ministerium reuelationes accipiunt, & ab ipso met Deo de sua voluntate, ac decretis certi redduntur. Quia nemo seruat, quæ sunt in corde, & voluntate Dei, nisi spiritus Dei, & cui voluerit ipse reuelare: ac illuminationes angelicæ sunt de his secretis, ergo necesse est, vt ab ipso Deo originem ducant. Secundò supponitur necessarium esse, vt omnis illuminatio immediatè fiat ab ipso Deo alicui angelo. Patet quia inter Deum, & totam collectionem angelorum nullum est medium; ergo necesse est, vt illuminatio in aliquo angelo immediatè à DEO fiat. Loquimur autem de solis angelis beatis, quia reliqui exclusi iam sunt ab illa familiaritate cum Deo, vt infra dicemus. Solum ergo possit dubitari de Christo, vt homine: nam est quoddam medium inter purum Deum, & omnes angelos. Verum tamen ante Incarnationem nõ erat hoc medium; & ideo tunc necessariò erat illuminatiõ angelorum immediatè inchoari à Deo per diuinitatem ipsam circa aliquem angelorum. Post Incarnationem autem credendum est illuminari omnes angelos, etiam supremos à Christo Domino tanquam à capite, & principali salutis auctore, ad quam salutem hæc illuminationes ordinantur. Nunc autem, quia Christus Deus est, sub Deo ipsum comprehendimus. Tertio supponimus, hanc illuminationem non fieri à Deo immediatè omnibus angelis, sed per superiores ad inferiores descendere. Hoc satis in superioribus probatum est contra Durandum. Est ergo hæc ordinaria lex diuinæ prouidentie, vt ceteri Theologi cum Dionysio docent.

Secunda suppositio. Necessariò est, vt illuminationes fiat immediatè à Deo alicui angelo.

His ergo suppositis varia oriuntur dubia. Primum est an Deus vnus tantum angelum illuminet, semperque eundem, ita vt per eum omnes alios illuminet, vel plures sint angeli, qui à Deo immediatè illuminantur? cum quo aliud conuictum est, nimirum, an prius saltem ordine nature, & causalitatis

illuminentur omnes angeli superiores, quam quilibet inferiorum; seu è contrario, an contingat per illuminationem aliquid scire inferiorem angelum, quod aliqui superiores nesciunt? Potest hoc dubium tractari tam inter angelos diuersarum Hierarchiarum, quam intra eandem Hierarchiam; imò & intra eundem ordinem. Vel certe etiam inter æquales in specie, si in angelis dantur.

tionum series distinguatur.

Vnde aduertere oportet, hoc dubium maximè habere locum in opinione asserentium non dari duos angelos vnus speciei: nam inde sequitur, tantum vnum esse supremum omnium angelorum in natura; & consequenter etiam in gratia, & gloria, quæ iuxta proportionem data esse creduntur. Vnde, si vera est regula Dionysij, quod Deus illuminat inferiores per superiores, videtur sequi Deum solum per illum supremum angelum illuminare omnes inferiores. Et consequenter in altera parte dubij sequi videretur, quoties illuminatio peruenit ad aliquem inferiorem per omnes superiores ad eum peruenisse, & si perueniat ad infimum omnium angelorum, prius factam esse in omnibus angelis superioribus. Ac proinde nihil reuelari inferiori angelo, quod ab omnibus superioribus non sciatur: quia per illos omnes tanquam de manu in manum, à supremo vsque ad infimum descendit. Probatur tota illatio ex generali regula proposita, quod Deus illuminat inferiores angelos per superiores. Nam sicut ob hanc causam Deus illuminat secundum per primum, ita tertium per secundum, & sic consequenter de cæteris: nam semper eadem proportio seruat.

3. Quid resferendum videtur à potentibus angelos omnes specie distinguere.

Hæc autem parum credibilia per se statim apparent. Cur enim in tanta multitudine angelorum in gemus, illam seriem reuelationum descendere à Deo vsque ad infimum angelum per tota media? Præsertim quia sæpe in Scriptura legimus vnum angelum ad plures simul loqui, Deique voluntatem intimare, Apoc. 7. 9. 16. &c. Et ex eisdem locis colligi potest non quidquid reuelatur vni angelorum, omnibus etiam superioribus manifestari. Quod pro comperito habet Bernardus loquens de mysterio Incarnationis angelo Gabrieli reuelato, & nulla est ratio, cur hoc ex lege diuinæ prouidentie reputetur necessarium: imò contrarium potest rationibus, & congruentiis fundari, vt in discursu videbimus. Præterea fundamentum quod supponitur, scilicet omnes angelos esse inæquales, & specie distantes, falsum est, vt supra vidimus. Et ideo necessarium non est, vt detur vnus angelus supremus in quem omnes diuinæ illuminationes immediatè prius confluant, vt inde aliis communicetur, & quasi distribuuntur. Nã in suprema specie Seraphinorum esse poterunt plures angeli æquales. Quanquam etiam illo principio posito, non esset necessarium solum illum primum angelum à Deo immediatè illuminari, vt docet D. Thom. q. 112. art. 3. ad 4. & statim declarabitur. Imo licet in suprema specie angelorum sint plures angeli, non est necesse vt illi soli immediatè illuminentur à Deo: neque inter ipsas species angelorum (etiam si in singulis sint plura indiuidua) est necessaria illa subordinatio, vt semper illuminatio descendat à suprema ad infimam per omnes intermediarias. Vt ergo res tota distinctius intelligatur, dicemus prius de prima Hierarchia, quo ordine illuminationes in ea fiant. Et inde facile patebit, quid in cæteris ad interrogationes propositas respondendum sit.

4. Reuocatur à luculatio num series. Primo.

Secundo.

Tertio.

Dico ergo primo omnes angelos primæ Hierarchiæ secundum ordinariam legem à Deo immediatè illuminari: licet aliquando etiam mediate illuminentur, & tunc ille ordo seruat, vt inferiores mediis superioribus illuminentur, & non è contrario. Primam partem docet D. Thomas 1. p. quest. 112. art. 3. ex prima pars Dionysij capite 7. de celest. Hierarch. & Achanas libro de auctoritate. communi Essentia, &c. dicente, Quemadmodum discrimen ordinis in supernis potestatibus cognouimus: ita quoque stationis,

5. Assertio tripartita. Ostenditur

2. Primum dubium. Quo pacto illuminati

ge quod angeli inferiores illuminentur mediis superioribus, qui à DEO immediatè illuminantur, & nulla alia lex illi modo illuminationis obstat. Et præterea hic etiam habent loci illæ duæ rationes, quod interdum potest inferior beatus aliqua scire per reuelationem, quæ superior ignorat, & quod hæc reuelationes sunt præcipuè propter ministeria, & ideo potest intercedere ratio, propter quam illuminatio ad inferiores descendat, & ad superiores non ascendat.

12. Secundum hinc infero non esse necessarium, vt illuminatio perueniens ad angelum secundæ Hierarchiæ descendat per omnes species: imò nec per ordines primæ Hierarchiæ. Sed fieri posse vt Seraphim, v.g. immediatè illuminet Dominationes, Potestates, aut Virtutes, & sic de cæteris. Probatur, quia in hoc seruat illa lex, quod inferiores semper illuminantur mediis superioribus, & Dionysius non dixit inferiores semper illuminari mediis omnibus superioribus. Nec ratio providentiæ hoc postulat: nam in corporibus videmus solem esse propriam causam suo modo immediatam, vtiq; immediatione virtutis, plurimum effectuum, ad quos cœli intermedij per se non cooperantur. Et licet sol suam virtutem diffundat per medium, illud non ex ordine causalitatis provenit, sed ex materiali agendi modo, qui inter angelos non inuenitur, & ideo potest supremus illuminare immediatè aliquem inferiorum ordinum, non illuminando intermedios, nec aliquid in illis agendo.

13. Declaratur deniq; ex dictis. Nam omnes ordines primæ Hierarchiæ immediatè illuminantur à Deo, quamuis non omnes in natura, vel gloria equè illi similes sint; ergo similiter omnes ordines secundæ Hierarchiæ poterunt immediatè illuminari à prima Hierarchia, & à quolibet eius angelo, etiamsi non omnes angeli secundæ Hierarchiæ sint æquè propinqui in natura, vel gloria angelis supremæ Hierarchiæ, est enim eadem proportio; ergo illa veluti continua illuminationis communicatio per omnes ordines, vel species intermedias, necessaria non est. Et eadem cõsuetudo de tertia Hierarchia respectu superiorum. Solum videtur probabile, tertiam Hierarchiam non illuminari nisi mediante secundæ; sicut nec secundæ illuminatur nisi mediante prima, vt seruetur proportio, quam diu sufficiens ratio differentie nobis non est nota. Inter Hierarchias verò ex prima proportionem sumemus. Nam sicut tota prima quoad illuminationem est sufficienter proportionata, & immediata ipsi Deo, saltem vt immediatè ab ipso illuminari possit, licet non ex necessitate id semper fiat; ita secunda habet similem habitudinem ad primam, & tertia ad secundam, vt dictum est. Et in hoc sensu verum erit, quod Dionysius ait, c. 13. de cœl. Hier. Deum illuminare supremos angelos immediatè, & per medios illuminare extremos. Hoc enim de tribus Hierarchiis facile intelligitur, ad singulos vero ordines, vel species applicari non oportet, quia reuera nõ videtur necessarium, nec convenienti ratione fundatum. Et eodem modo explicanda sunt verba Athanasij supra dicentis, ab angelis supremæ Hierarchiæ, Erudiri inferiores ordines, atq; ita deinceps cæteros pro suo gradu. Hic enim ordo seruat, quoties per singulas Hierarchias, & plures earum choros diffunditur illuminatio; non est tamen necessarium, vt per illa omnia media semper descendat. Et eodem modo intelligendus est Damasc. lib. 2. cap. 3.

Vnde tandem concludimus, fieri optimè posse, vt per illuminationes aliqua mysteria innotescant angelis. v.g. quæ nec Archangelis, nec Principibus nota sunt, quia possunt ad eorum statum, vel ministerium pertinere, & non cæterorum, & possunt multa ipsis imperari, seu reuelari immediatè per aliquem angelum secundæ Hierarchiæ, vt dictum est. Quæ ratio etiam probat vnum infimum angelum posse de re

Suarz de Angelis.

aliqua illuminari, quam alij angeli eiusdem ordinis ignorent: quia potest solus illuminari de re ad proprium suum ministerium pertinente. Rursus eadem ratione sequitur posse inferiores angelos per illuminationes aliquas res scire, quas multi ex superioribus Hierarchiis, & ex quocunq; illorum ordine ignorat. Quia licet necessarium sit, vt illuminatio ad inferiores per superiores deueniat; non tamen vt per omnes superiores descendat; quia vnus Seraphim, v.g. sufficit ad illuminandos omnes, vel quascunq; Dominationes, Potestates, aut virtutes, vel omnes immediate, & per se: vel inferiores ex illis mediis superioribus eiusdem Hierarchiæ, prout voluerit, vel illi à Deo ordinatum fuerit. Ergo poterunt tunc reliqui ordines, vel angeli primæ Hierarchiæ ignorare illa, quæ secundæ reuelata sunt. Quia propter ordinem causalitatis, vel ministeria, non est necessarium, vt reuelatio illa, seu illuminatio illis communicetur: ergo propter solam concomitantiam, vel dignitatē id affirmari non potest, cum hoc pendeat ex Dei voluntate: & nihil repugnet, digniorem angelum in quocunq; gradu aliquid ignorare, quod inferior nouit, ex his quæ supernaturalia sunt: & præsertim de his, quæ ab eis in Verbo formaliter non videntur. Et idem cum proportione dicendum est de tertia Hierarchia respectu secundæ, vel primæ, vt facile cõsideranti patebit. Et per hæc sufficienter responsum est ad interrogationes factas in n. 2. & quascunq; similes, quæ cogitari possunt. Obiectio autem, quæ contra dicta fieri posset, in fine capituli dissoluetur.

Hæc verò diximus secundum ordinariam legem providentiæ, ideoq; dicendum superest, an hic ordo interdum mutetur. Cõsistit autem hic ordo in duobus. Vnū est, quod sola prima Hierarchia illuminatur immediatè à Deo. Aliud est, quod illuminatio, quæ per medium fit, per superiorem aliquem ad inferiorem descendit. Et de vtroq; potest dubitari an in eo cadat mutatio, vel dispensatio. Prima ergo dubitatio erit, an Deus aliquando illuminet immediatè angelos ministrantes, id est, secundæ, vel tertiæ Hierarchiæ. Quod dubium simile est illi supra tractato, an angeli assidentes interdū per se ministrant, ad extra, seu mittantur: nam sicut est lex ordinaria vt illi non mittantur: ita etiam est lex ordinaria, vt illi soli illuminentur immediatè à Deo, & alii non, nisi per illos. Vnde sicut D. Tho. in priori quæst. dixit, angelos assidentes nunquam mitti, nec in hoc eadem dispensationem: ita in presenti quæst. dicit negans, angelos non specialiter assidentes seu secundæ, & tertiæ Hierarchiæ nunquam à Deo immediatè illuminari. Ita sumitur ex doctrina eius in q. 106. a. 3. & q. 132. a. 2. & 3. & specialius id tradit q. 9. de verit. a. 2. semper vtriusque ratione, quod ordo conueniens spiritualibus substantiis, nõquam à Deo prætermittitur: quia Deus non solet præscriptum ordinem casualium, vel providentiæ rerum naturis consentaneæ mutare, nisi propter homines, vel ad fidem confirmandam, vel ad ordinandos homines commodius in amore, vel cognitionem Dei. At vero ad hunc finem non cõfert prætermissio ordinis angelici. Quia sicut nos operationes angelorum non intuemur: ita nec talem ordinis mutationem percipere valeamus. Addit etiã D. Tho. congruentias, quia quo angelicus ordo Deo est propinquior, eo esse debet immutabilior. Item quia in hoc quodammodo derogaretur dignitati superioris angeli, si Deus illo prætermisso inferiorem immediatè illuminaret.

Hæc sententia probabilis est, sed incerta. Nam cõtrarium interdum contingere supponit Bernard. ser. 1. in Missus est, dum ait, mysterium Incarnationis, prout reuelatum fuit Gabrieli Archangelo, quando ad Virginem mittebatur, fuisse occultum cæteris angelis, vtiq; quoad illas particulares circumstantias, quæ Gabrieli notæ factæ sunt, vt ipse exponit, & cõfirmat in epist. 77. ad Hugonem, in fine; ergo supponit Deum immediatè illuminare.

R r media

15. Secundum dubium, vtrum Deus illuminet immediatè Angelos secundæ vel tertiæ Hierarchiæ saltem de lege extraordinaria.

Probabilis dicit, angelos assidentes nunquam mitti, nec in hoc est sententia cadere dispensationem: ita in presenti quæst. dicit negans, angelos non specialiter assidentes seu secundæ, & tertiæ Hierarchiæ nunquam à Deo immediatè illuminari.

Probatur secundum.

16. Probabilis etiam est sententia affirmans.

Secundum corollarium.

Probatur.

Cõfirmatur.

13. Declaratur amplius.

14. Tertium corollarium.

Probatur.

mediate illuminasse Gabrielem, sicut etiam ait immediate illum fuisse. Quæ Bernardi sententia, licet certa non sit, est tamen probabilis, & supponit aperiè immutari aliquando illum ordinem. Nisi dicamus, Gabrielem fuisse supremum, vel ex supremam specie Seraphinorum, quod difficilius creditur est, magisque doctrinæ D. Thomæ repugnat. Præterea cõlecturæ in contrarium non cogunt, quia cognitio, & rationes providentiæ diuinæ occultissima sunt, & non solum propter vilitatem, sed etiam propter dignitatem alicuius mysterij ab ipso intenti, vel propter peculiarem fauorem alicuius sanctæ personæ, vel propter alias causas nobis nunc ignotas, potest Deus ordinem illum immutare. Quod licet nunc ignoretur, aliquando fortasse reuelabitur angelis, vel hominibus in patria, vt in maiorem Dei admirationem, & laudem rapiantur. Neq; obstat propinquitas, quam ordo angelorum superior ad Deum habet, & Doctores communiter in 2. dist. 9. Vbi Egid. quest. 1. art. 4. dub. 2. Maior quest. 2. Richard art. 2. quest. 2. & 3. do illuminet superiorum art. 4. Marfil. quest. 2. art. 4. Malon. dist. 10. Ex illis verò solus D. Thom. & discipuli eius, & Heruz. d. dist. 9. quest. 1. art. 2. declarant, hanc legem esse indispensabilem, id est, Deum in ea nunquam dispensare. Et sequitur a fortiori ex dictis in præcedenti dubio, & supra de ministerijs. Nam si D E V S nunquam illuminat inferiorem immediate, sed interuentu superioris, qui est credibile, vt illuminet superiorem medio inferiori. Nam in hoc magis inueneretur quasi connaturalis ordo, magisque heret contra dignitatem superioris, quod ad salutem hominum nihil confert. Alii verò auctores simpliciter affirmant illuminationes à superioribus ad inferiores descendere: & aliqui declarant posse Deum aliud facere, vt Scotus, Bassolis, & Richard. dist. art. 3. hic autem loquitur expressè de potentia absoluta: nam in solutione ad vltimum declarat, de facto nunquam illum ordinem mutari, & ratione Diui Thomæ vtitur.

Solutur prima ratio pro sententia neg.

Solutur secunda ratio Vera solutio. Licet hæc secunda sententia de possibili veritate probari nequit.

17. Tertiū dubiū. An inferior angelus in dictis locis 1. p. inferior angelus aliquando illuminet superiorem. Nam si D E V S nunquam illuminat inferiorem immediate, sed interuentu superioris, qui est credibile, vt illuminet superiorem medio inferiori. Nam in hoc magis inueneretur quasi connaturalis ordo, magisque heret contra dignitatem superioris, quod ad salutem hominum nihil confert. Alii verò auctores simpliciter affirmant illuminationes à superioribus ad inferiores descendere: & aliqui declarant posse Deum aliud facere, vt Scotus, Bassolis, & Richard. dist. art. 3. hic autem loquitur expressè de potentia absoluta: nam in solutione ad vltimum declarat, de facto nunquam illum ordinem mutari, & ratione Diui Thomæ vtitur.

Probat.

18. Cõtra præcedentem sententiam oritur difficultas.

Nihilominus loquendo de facto, specialis difficultas nobis insurgit ex dictis, quæ in priori resolutione huius capituli diximus. Nam ferè omnes auctores allegati, ideo negant angelum inferiorem illuminare superiorem, quia de his diuinis mysterijs, de quibus illuminationes fiunt, nihil ignorant superiores angeli, quod inferioribus notum, seu reuelatum sit, vt videri potest in Scoto, Richard. Bassolis, &c. Imò etiam idem sentit D. Thom. 1. p. quest. 106. art. 3. ad 2. & art. 4. Nos autem diximus, quod licet angeli inferiorum Hierarchiarum nihil sciant, quod omnes angeli primæ Hierarchiæ ignorent: neq; angelos tertiæ Hierarchiæ illuminari de his, quæ tota secunda Hierarchia penitus ignorat; nihilominus multos angelos primæ Hierarchiæ posse ignorare aliqua, de quibus factæ sunt illuminationes angelis secundæ Hierarchiæ, & idem esse cum proportione in secunda respectu tertie: & in ipsa prima Hierarchia posse Thronis aliquid reuelari immediate à D E O, quod Cherubinis, & Seraphinis D E V S ipse non reuelat. Hinc ergo oritur difficultas, quia inferiores angeli possunt aliqua per reuelationem cognoscere, quæ superiores ignorant: vt, v. g. si Deus immediate reuelat Cherubinis, & non Seraphinis; ergo tunc po-

test inferior angelus superiorem illuminare de his, quæ solus agnouit. Atq; hoc non ex speciali dispensatione diuina; sed ex natura rei, quia naturale est cuiusq; rationali creaturæ, posse alteri reuelare, quæ scit, & non alteri nota sunt. Atq; hæc ratio consequenter probare videtur, (supposito illo principio, quod Deus non semper reuelat omnibus superioribus angelis, quæ inferiori alicui reuelat) non posse esse ordinariam legem Dei, quod inferior angelus nunquam superiorem illuminet, quia ex illo principio oppositum sequitur ex natura rei, & non est veritabile. Quod statuisse legem ordinariam contra id, quod est quasi connaturale angeli, tali eorum statu supposito.

Hæc difficultas in primis solui potest, iuxta distinctionem quandam supra innotuam de duplici illuminatione. Vna est, quæ fit per simplicem veritatem propositionem, & non rigorosam, sed lato modo dicitur illuminatio: alia est, quæ præter veritatem propositionem addit aliquid per modum magisterij, veritatem explicando, vel per exempla, vel per analogiam ad res alias, vel explicando & proponendo principia, & medium assentiendi, & hæc est propria, & rigorosa illuminatio. Quia distinctione supposita ad difficultatem responderetur, angelum inferiorem posse illuminare superiorem priori, scilicet lato modo, non tamen posteriori, & proprio. Et hoc videtur indicare Scotus supra: non tamen admittit de facto, etiam priorem modum illuminationis superioris ab inferiori, sed tantum de potentia absoluta. Quia non existimat reuelare nunc Deum alicui inferiori angelo, quod superior ignoret, licet postea id facere. Et data suppositione aut, locutionem illam angelum inferioris ad superiorem esse, aliquomodo illuminationem, non tamen esse cum tanta efficacia, inquit, quanta supposita superioris ad inferiorem. Ponit autem diueritatem efficaciam in hoc, quod superior potest facere inferiorem audire simpliciter, inferior autem in superiorem id non potest.

Quæ doctrina mihi non placet, tum quia si locutio angeli fit per impressionem speciei, nullus angelus etiam superior cogere alium potest vt attendat, & audiat, vtendo specie sibi impressa, vt supra lib. 2. dixi; si verò fit per impressionem ipsius auctus secundum, vt vult Scotus, qui libet loquens faciet alium audire, & cognoscere. Tum etiam quia illa differentia parum referre videtur ad rationem illuminationis. Et præterea quilibetque sit illa illuminatio inferioris ad inferiorem. Ponit autem diueritatem efficaciam in hoc, quod superior potest facere inferiorem audire simpliciter, inferior autem in superiorem id non potest.

Et hæc quidem responsio (vt in simili supra dictis) satis probabilis est, & in re fortasse vera est: tamen in modo loquendi nobis non placuit supra, quia non est in vsu. Nam doctores simplicem veritatis narrationem non vocant illuminationem vlllo modo, sed nudam locutionem. Alias etiam quando angelus inferior aperit alteri cor suum, & cogitationes ostendit, & cum narrat historiam de his, quæ alter considerauit, cum serent, ipsum illuminaret, & inter angelos in pura natura esset illuminatio, quod communiter non conceditur. Deniq; in subiecta materia duo illa membra, non magis videntur distingui quam

quam pura locutio, & illuminatio; ergo melius sub his nominibus distinguuntur, quam sub nomine illuminationationis.

23. *Tertia & vera solutio* Atque ita melius ad difficultatem propositam respondetur negando sequelam, & ad probationem dicimus, solum inde sequi posse inferiorem loqui ad superiorem de re illi ignota, etiam supernaturali, quod verum est, (vt supra diximus;) non tamen sequitur quod illuminet illum, quia non loquitur docendo illum; sicut loquitur superior ad inferiorem,

Explicatur. & ideo eum illuminat. Hæc autem differentia ex eo nascitur, quod superior altiori modo, vtiq; vniuersaliori, vel magis comprehensiuo cognoscit res, quam inferior. Hinc enim fit, vt inferior eodem modo, quo rem sibi reuelatam concipere potuit, illam proponat superiori, quando ipsi eam manifestare vult. Et tunc superior angelus altiori modo illam cognoscit, non ex inditria angeli loquentis, sed ex maiori efficacia sui luminis. Sicut inter homines, qui ingenio, & doctrina pollet, auditio vno verbo simplici discipuli occasione illius ita excitatur, vt multo plura intelligat, quam discipulus, qui non docendo, sed forte interrogando, vel simpliciter narrando locutus fuerat: sic ergo superior angelus comparatur inferiori, quando inferior aliquid ignotum superiori narrat. At verò è contrario superior angelus altiori modo concipit res sibi reuelatas: nam vniuersaliori modo, & subtiliori illa cognoscit, & vno simplici intuitu plura penetrat, ideoq; cum inferiori communicat mysterium sibi reuelatum, sese illi accommodat, & rem in plures conceptus diuidit, proponendo etiam exempla, & similitudines, si opus sit, vt mysterium melius ab inferiori percipiatur. Hinc enim intelligendi modus, etiam in angelis locum habet circa supernaturalia mysteria, quæ non propriis, sed alienis conceptibus apprehendunt. Et hoc est quod dixit Dionysius. *cap. 15. de celest. Hier.* hæc ratione angelis tribui metaphoricè dantes, quia superior angelus vnicam intelligentiam, quam à diuino traditam accipit, vt quædam diuisus, atq; amplificat pro capto, & ductu inferioris. Et hoc ipsum tradit D. Thom. cum dicit, Angelum superiorem illuminare inferiorem conformando intellectum eius, vt bene Caietan. exposuit.

23. *Obiectio Bassolii.* Sed obicit Bassolius, quia repugnat Angelum superiorem mutare suum intelligentiæ modum sibi conaturalem; ergo si ex natura sua excellentiori, & vniuersaliori modo intelligit, non potest per conceptus improprios, & particulares eandem rem concipere, vt se inferiori accommodet. Et ideo exponit Dionysium, quod non senserit superiorem angelum diuidere conceptus suos in plures, sed quasi diuidere conceptum suum in plures, vnicò conceptu plures angelos illuminando. Sed inprimis hæc interpretatio est contra verba Dionysij, iam allegata: nam expressè dicit, substantiam spirituales, vnicam, & vniuersalem intelligentiam prouida virtute diuidere, & multiplicare, non vt plures angelos illuminet, sed vt inferiorem pro capto suo promoueat, atq; ad aliorum sustollat. Item aliàs etià angelus inferior, vt pluribus loqueretur, suum conceptum diuideret, & multiplicaret, quod satis alienum à mente Dionysij est.

24. *Solutio obiectio. Primo.* Ad obiectionem respondeo inprimis, licet Angelus superior vniuersaliori modo cognoscat per proprias species si velit, nihilominus posse vti specie vniuersali ad intelligendum vnam rem tantum, vel plures distinctis actibus (vt supra in 2. lib. dictum est) quia virtus excellentior potest non adæquatè operari, sed inferiori modo. Præsertim cum angelus nõ necessitate naturali, sed liberè vtatur suis speciebus, & ita quamuis actus eius semper sint in sua entitate nobiliores, & immutabiles. quàm in inferiori, nihilominus ex parte obiecti potest illos diuidere, & accommodare prout oportuerit. Deinde dico, quod licet angelus superior habeat altiorem modum intelligendi quoad actum formalem, vt sic dicam, nihilominus obiectiue potest cognoscere, quomodo talis res sit intelligibilis à tali, vel tali angelo, seu intellectu, & ideo, vt inferiorem dirigat, potest angelus superior in se cogitare, per quam similitudinem, vel analogiam commodius cognoscatur tale mysterium à tali angelo inferiori, & tunc illam suam cogitationem inferiori ostendere, vt per illam dirigatur ad tale mysterium cogitandum. Et ita angelus superior non mutat modum suum naturalem cognoscendi, sed per suum conaturalem actum cognoscit modum cognoscendi proportionatè alteri; & ita alium illuminat. Quod inferior circa superiorem facere nõ potest.

Sed adhuc non est tota difficultas expedita. Nam obicit potest primo, quia licet verum sit, quod in ordine ad conceptionem, seu apprehensionem mysterij inferior non illuminat angelum superiorem, nihilominus quoad iudicium, & medium assentiendi eum illuminat in casu, in quo loquimur. Nam proponit veritatem, vt sibi à Deo reuelatam, & per hoc ostendit illi medium ad assentiendum illi, quod ad illuminationem satis est. Secundo etiam quando superiores illuminant inferiores, non semper vtuntur illa explanatione ex parte rei reuelatæ, & modi concipiendi illam; sed quoties illis proponunt Dei voluntatem, vel rem futuram ex diuino decreto eos illuminant, quia ostendit illis rem illam sub diuino lumine, & reuelatione. Vnde Dionysius ex eo solum, quod quidam angeli alios instructunt, & mouent ad operandum, ostendendo eis diuinam voluntatem, concludit illuminare illos, vt videre licet à deo d. Hier. Ex hac ratione Deus quoties ad angelum loquitur, eiq; voluntatem suam ostendit, illuminat ipsum, vt cum Greg. 2. Moral. c. 5. affirmat D. Th. d. q. 107. ar. 2. ad 1. Nã (vt ait) cum Deus sit regular voluntatis scire quod Deus vult, perituræ ad perfectionem & illuminationem meam. Quæ ratio æquè procedit, quando voluntas Dei superiori angelo per inferiorem manifestatur. Tertio obicit potest, quia si ille modus accommodationis, vel diuisionis conceptuum, aut explanationis veritatis reuelatæ esset ad illuminationem necessarius, nunquam posset inferior angelus superiorem illuminare, etià de potentia absoluta Dei. Quia nunquam potest angelus inferior indigere illo modo concipiendi ad loquendum superiori modo illi accommodato, quia quocumq; modo inferior rem concipiat, & proponat, superior illam percipit, non solum sufficienti, sed etiam perfectiori modo.

35. *Instantia prima contra principalem diffinitionem.* Sed adhuc non est tota difficultas expedita. Nam obicit potest primo, quia licet verum sit, quod in ordine ad conceptionem, seu apprehensionem mysterij inferior non illuminat angelum superiorem, nihilominus quoad iudicium, & medium assentiendi eum illuminat in casu, in quo loquimur. Nam proponit veritatem, vt sibi à Deo reuelatam, & per hoc ostendit illi medium ad assentiendum illi, quod ad illuminationem satis est. Secundo etiam quando superiores illuminant inferiores, non semper vtuntur illa explanatione ex parte rei reuelatæ, & modi concipiendi illam; sed quoties illis proponunt Dei voluntatem, vel rem futuram ex diuino decreto eos illuminant, quia ostendit illis rem illam sub diuino lumine, & reuelatione. Vnde Dionysius ex eo solum, quod quidam angeli alios instructunt, & mouent ad operandum, ostendendo eis diuinam voluntatem, concludit illuminare illos, vt videre licet à deo d. Hier. Ex hac ratione Deus quoties ad angelum loquitur, eiq; voluntatem suam ostendit, illuminat ipsum, vt cum Greg. 2. Moral. c. 5. affirmat D. Th. d. q. 107. ar. 2. ad 1. Nã (vt ait) cum Deus sit regular voluntatis scire quod Deus vult, perituræ ad perfectionem & illuminationem meam. Quæ ratio æquè procedit, quando voluntas Dei superiori angelo per inferiorem manifestatur. Tertio obicit potest, quia si ille modus accommodationis, vel diuisionis conceptuum, aut explanationis veritatis reuelatæ esset ad illuminationem necessarius, nunquam posset inferior angelus superiorem illuminare, etià de potentia absoluta Dei. Quia nunquam potest angelus inferior indigere illo modo concipiendi ad loquendum superiori modo illi accommodato, quia quocumq; modo inferior rem concipiat, & proponat, superior illam percipit, non solum sufficienti, sed etiam perfectiori modo.

26. *Responsio ad primam instantiam.* Propter hæc, præsertim propter primum, posset hic iterum applicari distinctio illa de illuminatione simplici, seu latè dicta, & artificiali (vt sic rem explicem) seu rigorosa. Nam prior videtur posse admitti in inferiori respectu superioris, saltem quando veritas proposita non, nisi per supernaturale medium ostendi potest, et itaq; aliquis illuminationis, seu latè dicta, quando simpliciter proponitur veritas sub tali supernaturali motiuo; magis autè propria, & rigorosa, quando etià ex parte modi concipiendi, & mysterij reuelati necessaria est peculiaris accommodatio, & quasi directio, & explicatio. Sic ergo non videtur inconueniens admittere, posse inferiorem angelum superiorem lato modo illuminare. Nec oportet hunc modum illuminationis admittere in simplici locutione angeli, quando internum suum actum ostendit alteri, vel historiam de re iam facta, & existènte narrat, etiam si, vel actus, vel eius effectus, quem manifestat, supernaturalis sit; quia tunc veritas proposita in se ipsa ostèditur, quia videti potest in se per propriam speciem, & ideo non ostenditur per peculiare medium supernaturale, sed quasi propria virtute sola, ideoq; nõ intercedit aliqua illuminatio, sed sola obiecti applicatio. Secus vero est in effectibus. nõdum factis, quæ ex sola Dei voluntate pendunt, de quibus est omnis illuminatio, quia semper oportet veritatem illam proponere, & ostendere sub altiori

Suarez de Angelis.

Angelo prima Hierarchia, quin fiat omnibus illi superioribus, vel a quibus, si illos habet, quia cum mysterium non sit secretum, si Deus vni communicat immediate, non est cur aliis aequalibus, vel sibi propinquioribus illud celet. Et eadem ratione fit verisimile, per eosdem angelos statim illuminari ceteros inferiores eiusdem Hierarchiae de eodem mysterio, quia nihil est, quod impediatur, & hoc pertinet ad summam amicitiam, & communicationem bonorum angelorum inter se. At quia nonquam datur occasio, in qua inferiores angeli illuminent superiores prime Hierarchiae, vel cum illis de mysterio ipsis ignoto loquantur.

32. Et cum eadem proportione idem potest in secunda, & tertia Hierarchia explicari, comparando inferiores ad superiores, tam in diuersis Hierarchiis, quam intra eandem. Nuncquam enim inferiori aliquid reuelatur, quod superioribus multis celetur, nisi quando intercedit secretum diuinitus commedatum. Et tunc licet inferior sciat, quod superior ignorat, non reuelabit illud. Si verò mysterium non absconditur, verisimile est nihil reuelari inferioribus, quod omnibus superioribus non innotescat. Et in hoc sensu forte locuti sunt Theologi, quando absolute dixerunt nihil scire inferiorem angelum, quod superior ignoret; non enim intendunt excludere secretum. Vnde quando id, quod Deus occulte reuelauerat, vult aliis prodi, verisimile est, id fieri cum eodem ordine, vt inferioribus manifestetur per superiores, & supremis autem immediate ab ipso Deo, quia nulla est necessitas ordinem praescriptum inuertendi.

33. Vterius verò hic posset inquiri, an sancti angeli interdum malos illuminent, vel inter se possint illuminari, id est, inferiores superioribus in natura: sed de hac re dicam melius in lib. 8. tractando de statu malorum angelorum. Item posset interrogari, an homines interdum angelos doceant, vel illuminent: sed hoc in lib. 2. tractatum est, & ideo de illuminatione sanctorum angelorum inter se hic sufficiant. Posset autem vterius moueri quaestio, quam D. Thomas tractat questione 106. artic. 2. an vnus angelus possit mouere, & (vt ita dicam) accendere voluntatem alterius: sed quia res est facilis, in sequenti capite agentes de humana voluntate simul de angelica illam expediemus.

CAPVT XVI.

Vtrum possint Angeli hominum viatorum, vel illuminare mentes, vel voluntates excitare.

I. Postquam dictum est de actibus hierarchicis, quos sancti angeli inter se exercent, dicendum est de actionibus, & ministeriis, quae circa homines operari possunt, & ad eorum salutem potissimum ordinantur, iuxta illud ad Hebr. 1. In ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Inter haec autem ministeria, illuminatio continetur, de qua primum omnium dicendum est, quia & magis accedit ad illuminationem angelorum inter se, & est medium propinquius, & efficacius, quo angeli boni ad salutem hominum procurandam vtuntur. Agimus autem de illuminatione hominis viatoris, & animae mortali corpori coniunctae: nam dicere de illuminatione animae separatae, prout ab angelis fieri potest, neque huius loci est, neque peculiarem doctrinam exigit, quia idem est modus illuminationis animae separatae, qui est ceterarum intelligentiarum. An verò animae beatae illuminentur ab angelis omnibus, etiam contingat angelos esse in gloria inferiores; item an vna anima beatorum illuminet minus beatam. Item an anima coniuncta corpori glorioso possit a puro spiritu creato intellectualiter, ac merè spiritualiter illuminari, in materia de Beatitudine Suarez de Angelis.

hominum tractandum est. Solum ergo agimus de illuminatione hominum viatorum, quibus sancti angeli, annuntiantiendo diuina mysteria, instruendo, ac exhortando ministrant.

Primò ergo supponimus, angelos sanctos posse homines illuminare, & hoc munus quasi ex officio (vt sic dicam) illis conuenire. Hoc tradit D. Thomas positio, post 1. p. q. 111. per totam; estque certum, & de fide. Nam in sacra Scriptura passim leguntur sancti angeli docentes homines diuina mysteria, Deique voluntatem eis reuelantes: vt Dan. 8. Et ait ad me, intellige fili hominis, quae futura sunt. & cap. 9. Et docuit me, & locutus est mihi: Ego veni, vt indicarem tibi. Et Zachar. 1. Dixit ad me angelus, qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi, quia sit haec, &c. & in Apocalypsi habentur multa familia. Docere autem, & instruere homines, hoc est illos illuminare. Nam Paulus ad Eph. 3. de se dicit, Mihi omnium nouissimo data est gratia illuminare homines, quae sit dispensatio mysterij absconditi, &c. Cui tamen sola doctrina & Verbo Dei fidem deceret, plantando, & rigando, vt ipse dicit 1. Corin. 3. ergo etiam angelis datum est illuminare homines, quia non minus docente eos, & mysteria diuina ostendunt, quam Paulus. Confirmatur ex illo Psal. 118. Lucerna pedibus meis Verbum tuum, & lumen semitis meis. & Prouerb. 6. Mandatum lucerna est, & lex lux. Angeli ergo, qui hominibus verba Dei, eiusque mandata proponunt, eos illuminant, saltem explicando, & applicando lumen. Hoc enim modo etiam Doctores Ecclesiae illam illuminant.

Præterea veritatem hanc docet expressè Dionysius toto libro de caelestibus Hierarchiis praefertim c. 4. & 15. Et Augustinus conc. 18 in Psal. 118. circa illa verba, Da mihi intellectum, dicit, hoc colere Deum facere per angelos, & adducit illud Dan. 8. Gabriel fac intelligere istam visionem. & id cap. 9. Ego veni, vt indicarem tibi. Legitque ipse, Veni intelligere dare tibi. & addit, Deus per seipsum, quia lux est, illuminat pijs mentes, &c. Sed si ad hoc ministro vtitur angelo, potest quidem angelus aliquid agere in mentem hominis, vt capiat lucem Dei, & per hanc intelligat. Et inferius declarat angelum ita dici illuminare hominem, sicut, qui lucernam adducit, vel fenestram aperit. Deinde Cyrillus in Ioan. c. 9. circa illa verba, Qui illuminat omnem hominem, multis testimonijs Scripturae probat, etiam angelos mentem humanam illuminare. & vtitur exemplo Doctorem Ecclesiae, qui ob eam causam, lux mundi dicitur Mat. 5. Postea verò declarat, angelos illuminare docendo, & tanquam Dei ministros, Et traditione (ait) a mente sua in mentem alterius doctrinam transfundendo. Deum autem illuminare infundendo lucem, &c.

Vnde hanc veritatem docere intendunt Patres, cum dicunt, angelos custodes, docere, instruere, & exhortari homines: nam haec non faciunt, nisi illuminando. Infra tractando de angelorum custodia. Et videri potest Orig. hom. 11. in Num. & lib. 3. Periar. c. 2. & Basil. l. 3. contra Eunom. vbi angelum custodem paedagogum, & pastorem comparat. & Nazian. carmin. 6. de substantiis mente praeditis Illi homines vtbes istis gentibus gubernant, Et sacra conscribant quae spiritualia nobis. Et Anait. Synaita lib. 5. Anagogus, contemplant in Exaemer. circa finem ait, Summa maxime qui in virtutibus effectum volucres, a Deo datur sancti angeli, quae eorum curam gerant, & prouideant ad illuminationem. Augustinus in Soliloquijs c. 27. de angelis custodibus ait, Hortantur pugnant, Remigius in Psal. 90. ait, Angelos confortare nos in bonis operibus; hoc autem non faciunt, nisi illuminando. Anselmus in Elucidar. quod nos semper ad bonum incitant. Ac demus Richar. de S. Vict. cap. 4. in cant. quod torpentes excitant & sollicitos, ac feruentes, amplius accendunt. Ratione ostenderetur haec veritas explicando modum, quo possint angeli homines illuminare.

Secundò igitur supponimus duobus modis posse angelum illuminare hominem, videlicet visibiliter, & inuisibiliter.

Rt 3 inuisibiliter